

10

SEMPER
VIVUM
FERDINANDÆUM
SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO

D N . F E R D I N A N D O

IN LIVONIA PER CURLANDIAM
ET SEMGALLIAM DUCI
PRINCIPI DUCI AC DOMINO SUO
CLEMENTISSIMO

ANNO

QVO.

Pax Inter Cæsareos, PoLonoS Venetos.
AtqVe TVrcas non sIne DesIDerlo In
Vngarla fViT feLICIter ConCLVsa,

Pro æternæ Obligationis Tesserâ

Obsequenti Minerva
erectum atq; porrectum

Per

MATTHÆUM MICHAELEM *Gaffelsfort.*
Pastorem Batensem ac Lehnensem.

R I GÆ
TYPIS GEORG. MATTHIÆ NÖLLERI.

SERENISSIME PRINCEPS
DOMINE DOMINE CLEMENTISSIME !

FX delitioso Gratiarum Tuarum Viridario Germen, Serenitati Tuæ, erigo atq; porrigo, Germen Ducibus atq; Principibus non ingratum. Etenim quid iis eorumq; Domibus gratius? quid amœnus? quid exoptabilius, qvam stabiliter viuere? ideoq; præmeditata mente è millibus aliarum Gratiarum Tuarum floribus Semper Vivum Ferdinandæum Serenitati Tuæ deferendum elegi, ut sub accommodatissima Symbolâ Principem Nominis & Ominis Tui Virtutem, qvam maximè ad umbrarem, ipsaq; umbrâ Serenitati Tuæ congruentissimum darem decorum. Digneris, Serenissime Princeps ac Domine Clementissime, exile hoc Epicharma patienter suscipere, interq; odoriferos favorum Tuorum calathos collocare.

PROTASIS

AD FERDINANDUM

O medulla raritatis
Germinum cupita sedes
Scena lætantis Priapi,
Chloridisq; ventilabrum
Stirps amica semper astris
Stirps amata Flosculis
Artifex amœnitatis
Architecte mire florum,
Qvem ferocis ardor Euri
Sæviensq; per corusci
Delicata Rura Pæsti
Turbo qvassat molliter.
Absq; Flore Flores tota
Conditrix Etesiarum,
Mille nexus mille textus
Mille frondium Viros
Gratiarum ac favorum
Najadi progermlnans.

Tu

Tu lubentem, tu decentem
Ad quietis officinam
Frondeam retexis umbram
Unde Cynthias Sagittas
Innocenti temperanti
Pellis arte fornici
Ter Serenus fulgor Hortis
Phatmacum salubre mortis
Administras ac adauges
Per Minervæ læta Regna
Per Diana densa tesqua
Vera Floræ gaudia.

APODOSIS
ad
Serenissimum Principem ac Dominum
D N. FERDINANDUM
In Livoniâ per Curlandiâ & Semgalliam Ducem.

AND Te jam, Serenissime Princeps, sese famula pena inclinat profundissime. Stabilem Tuam, per annua ætatis tempora, Viriditatem obsequiosâ venerationis fæpiâ circumscribere adnitens. A verno igitur vivacissimi Sanguinis Virore exoruior. Observantur etiamnum insatiato conspectui nostro Speciosæ Icones & mappæ, qvibus tenella corporis Tui compago per Artificem Apellis manum animadvertisit tot sublimia frondium cacumina, tot fragrantes foliorum apices, tot niveos liliorum calices, tot Rosarum murices, verbo tot delitiosas Pomona progerminasse cupidias, qvot tum in eburnea fronte Charites, in gemino oculorum Sidere Gratas, in aurea Cæsarie Favores, in mellea voce Munera, in amplexu Amores, præ-Te-tulisti. Tacebo capacissimæ metitis Indolem, indecessam in stadiis Æmulationem, acerrimam inertis Otii Fugam, qvæ omnia vivacissimæ Tuæ Stirpis viva fuerint simulachra. Quid dicam de incorruptenda æstivi autumnalisq; currus Tui viriditate, qvæ adeo erat inflacibilis, ut nec per Martiales apud Batavos, Scythas, Thraces, ac Pannones æstus & algores fuit arefacta. Certè si, Teste Varone, Viros à Viro suam derivat Etymologiam, firmissimum hinc eruitur argutientum, Te, Princeps ac Domine Serenissimus.

nissime, Viorem esse amoenissimum. Verum enim vero Viri Viriditas in eo collocatur, quod adversitatibus agitatus, animum servet æquanimum, sciatq; dominari astris. Qvis inficias ibit Tē perstille Hectorem inter ignes & undas, inter glandes & acinaces, inter qvæsq;as novocantis Soli poliq; minaces tempestates? Nolo in vota mea acciere coronatos Augustissimorum Monarcharum Vertices. Nolo, in lingvas diffluant Ister & Borylthenes, Savus cum Travo, urbes & campi, castra & mœnia, qvibus semper tenacissimus magnanimi Tui Viroris videbaris Atilles. Restat, viriditatem Tuam Te, Serenissime Princeps, nec in candidâ hyeme (cygneam hic intelligo canitem) fore amissurum. Vaticinium hoc non ex mendaci Jovis Tripode, verum ex peritissimorum Machaonum Aphorismo policeor. Audiatur Æsculapius Medicorum Antesignanus. Sobrietas, inquit, vitam seros extendit in annos, & meliore facit fertilitate frui. Cingent itaq; Serenitatis Tue tempora cani, sed eburnei, cani sed fine nævō & carie. Hebetabitur pupillarum acies, sed acuetur animi perspicacia. Constringetur Vocis amplitudo, sed dilatabitur cordis plenitudo. Delassabuntur præ laboribus artus, sed stabilientur in affectibus favores. In osseam vallem venusta labetur Vultus malacia, sed in osseâ quoq; valle lapsum non timebit. Ab hostiis truci fallaciâ Serenum obscurabitur lucis Speculum, sed Serenior illustrabitur gloriæ Specula. Paucis his lineolis impetio Serenitatis Tue sum obsequutus, laconica panegyri longo velut præconio prærogativam gloriam contendens adornare.

Vive, excresce, virefœ jugiter, Serenissime Princeps ac Domine. Demum exile istud mei debiti monumentum innatâ Humanitate dignare amplecti, meq; sub frugiferâ Gratiarum Tuarum umbrâ patere commorari diutissime.

